

Sarmizegetusae in Dacia, semel descripta saec. XVI a Verantio (Eph. ep. 4, 490).

555 imp. Caes. P. Licinio | Cornelio Valeriano | nobilissimo Caes., |
principi iuventutis, | vias et pontes vestuta. | conlabsas restituit. | A Vin[d.
m. p.] III.

Prope Vindobonam rep. (III 4652 vidit Mommsen).

556 divo | Vale|riano | Caes.¹ | Cing|ulani | d. d. p.

Cinguli (IX 5682 vidit Mommsen). — 1) Nomina quamvis erasa adhuc leguntur. — De hoc divo Valeriano cf. N. 557.

557 divo Caesari | P. Cornelio Licinio Va|leriano¹, nepoti | imp. Caes.
P. Licini Valeria|ni Aug., filio imp. Caes. | P. Licini Gallieni Aug., fra|tri
P. Corneli Licini Sa|lonini nobilissimi Caes. | Aug.², | col. Nerviana Aug.
Mart. | veteranor. Sitifens. | d. d. p. p.

Sitifi in Mauretania (VIII 8475). Ex simili titulo superest fragmentum X 7479. — 1) Hic sine dubio filius Gallieni, quem Coloniae Agrippinae a Postumo interfectum esse narrant auctores (Zos. 1, 58. Zonar. 12, 24. Victor epit. 52. trig. tyr. 5). Consecrationis eius praeterea testes sunt titulus N. 556 et nummi inscripti divo Valeriano Caes., divo Caes. Valeriano (Eckhel 7, 422, Cohen 5² p. 516 seq.). — 2) Duos filios Gallieni distinguunt catalogus imperatorum ap. Polemii Silvium [p. 245 ed. Mo.: Gallienus cum Salonino et Gallieno filiis] et Victor qui dicitur epit. c. 55, qui perhibet in locum filii a Postumo occisi alterum filium a Gallieno Caesarem esse substitutum. Ex hoc titulo videtur colligi posse, illi proprium nomen fuisse Valeriani, huic Salonini (et appellatur in epitome ille Cornelius Valerianus, hic Salonianus). Ceterum etiam illi reperitur inditum nomen Salonini (Zosim. 1, 58, 2; trig. tyr. 5). Cf. praeterea Mommsen C. VIII p. 4051, III S. ad n. 6956.

558 Publio Lici|nio Corne|llio Saloni|no nobili|ssimo Cae|sari Cing|u-
lani | publice | d. d. p.

Cinguli in Piceno (IX 5683 vidit Mommsen).

559 P. Corneli[o] | Salonino | Valeriano | nobil. Caes. | principi iuven-
tutis, filio | imp. Gallieni | Aug. s. c. p.

Asisii (XI 5380 vidit Bormann). Totus titulus erasus, sed legitur. — 1) Senatus consulto publice (Bo.).

Imperatores Galliarum.

560 imp. do. n. | Mar. Cassia|nio Latinio | Postumo | Pio Fel. Aug.

In parte Britanniae, quae dicitur Wales, in comitatu Brecknock rep. a. 1769 (VII 1161, descripta saec. superiore). — Praeterea imperii Postumi in Britannia testes sunt tituli VII 820. 822, in quibus cohors prima Aelia Dacorum ibi consistens appellari ab illo voluit Postumiana.